Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Gravamina sacri Romani Imperii principum ac procerum

[S.l., Mainz], 1523

Quivdices ecclesiastici cavsas aliquot speciales, licet laicas, ita suae asserant ditioni, ut omnino eas remittere nolint

urn:nbn:de:bsz:31-114121

Visual Library

Quod ſi forte ſuperiores ſuos in ius uocati non continuo implorauerint, miſſionũ literas impetrarint, eaſq́ue iudicibus ꝑdictis trãſmiſerint, ac ad monitionẽ uſq; proceſſum ĩterea ſiet, iam eccleſiaſtici iudices uel requiſiti hinc a uocatorũ ſuperioribus, quæcunq; tãdem in ius uocati ſit cauſa, remittere tamen ita uocatos atq; admonitos ad ordinariũ iudicem laicum, recuſant.

Q; IVDICES ECCLESIASTICI CAVSAS aliquot ſpeciales, licet laicas, ita ſuæ aſſerant ditioni, ut omnino eas remittere nolint.

QVum apud eccleſiaſticũ iudicem ob decerptũ uirginitatis florẽ, itẽ ob illegittime natorũ, hoc eſt, naturaliũ liberum ſtatum, aut ſeruientiũ mercedem, uiduarũue quæcunq; etiã iudicio uentilantur cauſæ, contra laicos reos, tum uel interpellati a litigantium laicorum ſuperioribus, iudices eccleſiaſtici, terminũ tamen ſiſtẽdi iure, nec circũducere, aut ad ſe in ius uocatos, ordinariæ iuriſditioni ut remittant, ꝑcibus induci poſſunt.

DE ALIIS ILLICITIS ET INVTILIBVS expenſis cauſarũ, ꝓphanarũ, quæ ad Eccleſiaſticos iudices trahũtur, ac denuo remittuntur.

AD hæc, quum laicus corã iudice eccleſiaſtico, ut ſupra dictũ eſt, inique in ius uocat, demũq; ad petitionẽ iudicis ordinarij remittitur, tunc temere agentis ꝓcurator, qui tam male in ius uocari fecerat laicũ reum, mercedem ſuam, a conuento, qui tamen temere ad uetitum tractus fuit iudicium, petit, cogiturq; dehinc excõmunicatõis pœna innocẽs ille ultra expenſas, quas ob malam in ius uocationem in itinera, ꝓcuratores, proq; impetrãdis & redimendis miſſionũ literis, neceſſario expenderat. Adde & neglectarũ operum eſtimationẽ, iam tandem nulliter & inique emiſſos iudiciarios proceſſus perſoluere, atque ære nõ immodico coactus licet pẽſare. Nanq; id ſi forte recuſet, anathematis præſto eſt gladius